inquit tempore quo leprosus est et inmundus: solus habi-
tat extra castra. O vinculum durum et valde de-
testandum quo quisque quamdiu ligatur insolubi-
liter tenetur ut ei omnino non liceat vel castra Christo
militantium ingredi vel ad propria reverti. Omne
leprosum sed inmundatum sacerdos ligat et solvit. Li-
gat in reddenda debite satisfactionis et purgatoris
hostia. Solvit in indulta revertendi licentia. Et
sicut videris recipere: emundatio leprosi non tantum una sed
trina. Unam ex hiis tamen facit deus per se metip-
sum, ceteras duas per ministerium suum. Sed que sunt le-
prosi hec trina mundatio, relinquitur interim
lectoris iudicio. Notandum autem in curandis leprosis
quod quidam statim curantur et sic ad sacerdotem mit-
tuntur. Quidam vero mittuntur et in eundo curantur.
Sunt qui ad primam penitentie sue compunctionem
habent animum paratum et promptum ad omne vere penitentie
debitum solvendum. In illis itaque nulla emunda-
tionis mora, qui in ipsa compunctione sua gratiam
accipiunt ad tria illa superius iam dicta paratum
animum habentes ad continendum, confitendum,
satisfaciendum. Quidam vero ad primam compuncti-
onis propositum quidem habent confitendi, continendi, sed
ad condignam satisfactionem sunt tepidi. Hinc
est quod decem illis leprosis duo tantum percipiuntur,
de tertio vero tacetur. Ite inquit et ostendite vos
sacerdotibus, nec eis percipitur offerre aliquod mu-
nus. Tantum potuerunt quantum divinitus accepe-
runt. Ut enim deus ostendat omnia bona nostra
esse ab ipso, gratiam suam quandoque exhibet in uno, sub-
trahit in alio. Vides illud ut credo quod in modo
differtur emendatio quibus deest vere penitentie
plenitudo. Dum irent inquit mundati sunt.
Quid est ire nisi proficere. Sunt ergo qui ex eo quod
acceperunt proficiunt ad id posse quod prius non po-
tuerunt. Qui ergo de perpetrato iam malo magis ma-
gisque dolendo per votum continendi et confitendi ad
votum satisfaciendi proficiunt et votum voto ad-
iungunt, quia vere penitentie perfectio iam tenetur, pecti-
lepram velut eundo deponunt. Nota quod plu-
res sunt quorum emundatio differtur comparatione eorum

qui sine mora mundantur, quia magis habundant ad
satisfactionem pigri quam ad satisfactionem prompti.
Ex ante iam dictis habetur quod sunt multi qui
curantur in sacerdotis absentia. Sunt similiter
nonnulli qui curantur in sacerdotis presentia. [illegible]
in resuscitatione Lazari [illegible] presentes erant. [illegible]
solvendum fuat. Alii itaque curantur sub ipsa ammoni-
tione, alii in ipsa perfectione, alii vero in ipsa preventio-
ne. Ex hiis qui ad sacerdotem veniunt sunt multi
qui solam voluntatem penitendi habent, sed voto con-
tinendi seu etiam satisfaciendi funditus carent.
Adeo enim corrupti sunt iam per pravam consue-
tudine ut omnino [illegible] se posse continere
vel ad satisfactionem sufficere. Huiusmodi tamen non-
nulli post multam sacerdotis exhortationem
seu etiam post longam disputationem, dum de sola
domini misericordia non de sua industria presumere doce-
tur, per visitantem gratiam ad veram penitentiam com-
puncti in vite novitatem [illegible] animantur. Perpen-
dis ex hiis ut credo quam sit multis huiusmodi uti-
le ad confessionem currere. Sunt vero nonnulli qui
peccatorum [illegible] nullis [illegible], sed velut monumento
lapideo et lapide supposito in Lazari modum
mortui iacent. Lazarus monumento mortuus
tenetur qui in perversitate sua per multam animi
obstinatiam obduratur. Lapidea moles pectore mor-
tuo supponitur, cum confidentie magnitudine
spes qua ad dominum [illegible] debuerat intercluditur. Tol-
lite inquit lapidem. Quid est lapidem tollere, nisi per
exhortationis gratiam divinitus datam obdura-
te diffidentie molem funditus removere et ra-
dianti desuper lumini ianuam aperire, iuxta illud
Ysaie: Parate viam domino, rectas facite semitas
dei nostri. Tunc autem pectoralis cura in hoc ipsum non
inaniter laborat, cum hoc deus fieri disponit et
imperat. Quid est enim hic dominum imperare, nisi in hoc
ipsum animum pastoris interna allocutione urgere
et gratiam. Tunc autem domini ministerium [illegible] agitur
suum est pastoris, cum dominus se dignatur operari quod su-
um est salvatoris. Lazare inquit veni foras. In
hac una vocatione [illegible] dat intelligere. Qui certe